

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput III

urn:nbn:de:bsz:31-97032

tinguntur opera , quæ vis ignium non cito frangit. Ex iisdem fiant vasa , quæ nec sorbent nec excoquunt liquores : in quibus liquor qui aurum ab argento separat , & conficitur & conservatur. Opera figurina variis nobilitarunt regiones. Asiam , illa quæ fingebantur Pergami , quæ Trallibus , non ignota Coa , Samia , Aretina etiam mirifica. Plin. l. 35. cap. 13. Notiberga mittit fornaculas fictiles , in quibus venæ & metallæ coquuntur. Ex argilla effossa ad arcem Rotenburgam fiant catini , in quibus conficitur Orichalcum. Hi ex igne unâ cum Orichaleo ejecti non rumpuntur , sed vitri candentis modo torquentur & trahuntur. Agricola de illis quæ effodiuntur ex terra.

C A P U T III.

D E TERRA LEMNIA,
Armenia , & Silesiaca.

Terra Lemnia sigillata alias dicitur. Hanc enim Sa-
cerdos Diana patrio sumens honore , hordeo &
triticò piamenti loco redditis , in urbem comporta-
bat , aqua maceratam , ac in luti formam tedaçtam
desiccabat , ut mollis ceræ acciperet consistentiam ;
qui accepta sacro Diana muniebat signo. Gal. l. 9.
Simpl. Hodie quotannis non absque superstitione effo-
ditur sexto tantum Augusti die. Qui fodunt Græci
sunt ; puteus suavem emitit odorem. Foditur à Solis
exortu sex horis & in una reconditur parte ; nec lucem
vider priusquam annus effluxerit. Exempta post elui-
tur , elota sacco injicitur , manibus miscetur , in glo-
bos singiur , sigillo imperatoriò notatur. Siccatur tan-
dem & in scincio obsignata Constantinopolim ad Im-
peratorem mittitur. Stephanus Albacarius in Epist. ad
Busbequium. Ad lethalia prodest medicamenta ; ten-
tavit in lepore matino & Cantharidibus Galenus &
expertus est. Idem de ea testatur , in colle quodam
juxta Ephesiorum urbem , in quo nulla planta vivit ,
solo veluti combusto , effodi. Armenia terra ex ea Ar-
menia .

menia parte quæ Cappadociæ confinis efferebatur. Contra disp̄ciam juvare ass̄erit Galenus, ita ut quos non juvet, intereant. Bibitur ex vino consistentia tenui modice diluto, si aut plane febit cœreat, aut leviter ea tentetur; si gnaviter, aqueo. Hodie habetur *Bulus Toccavienſis* in Hungaria, qui in ſtar butyri contra catharum valeat, ita ut Armeniæ præferatur *Crato in Epif.* *Silesiaca Strigenſis Lemniæ* etiam præfetur, *Sennertus Scient. Natur. l. 5. c. 1.* Inventor ejus *Iohanne Montanus Silesius*, qui ſcriptum de illa edidit; *Converſum eſe aurum*, Dei providæque naturæ ordinatione, in præminentem præparatum Medicinam transmutatumque, peculiariter aduersus venena utilem, non minus quam Medicamenta, quæ magnis ſumptibus ex auro Vngarico conficiuntur.

ADMIRANT IV. DE SALE.

SAl vel fit, vel gignitur. Fit è ſalſis fontibus, quorum aqua diu excocta tandem in ſalem vertitur. Gignitur varie. Siccatur in lacu Tarentino æſtivis Solibus, totumque flagnum in ſalem abit, modicum alioquin, altitudine genua non excedens. In Bačtris duo lacus vasti, alter ad Scythas versus, alter ad Atios ſale æſtuant. Sed & ſumma fluminum densantur in ſalem, amne reliquo veluti ſub gelu fluente, ut apud Caſpias portas, quæ ſalis flumina appellantur. Sed & in deferris Podoliae lacus eſt, cuius aqua sereno ſole in ſolidum ſal concrescit, tantæ crassitati ut jumenta & homines ſuſtineat, & in plura fruſta diſſectum, avehatur. *Thuan. l. 56.* Apud Bačtris amnis Ochus & Oxus ex appositi montibus deferunt ſalis armenta. Sunt & montes nativi ſalis, ut Indis Oxomenus, in quo lapicidatum modo cœditur renascens, maſufque Regum ex eo vēctigal, quam ex auro & margaritis. Non procul Astracano duo ſunt ingentes, tanta ſalis copia, ut quamvis ſingulis diebus viginti millia fruſta illius ligonibus vel tutis.